

05

A

237



Q. D. B. V.

ARAMIGNOTI DEI

ex Act. c. XVII. v. 23.

Dissertatione Philologica

Sub Præsidio

Viri Amplissimi, Excellentissimi, Clarissimi,

DN. IO. ANDREÆ BOSI,

Histor. P. P. longe Celeberrimi

Domini sui Præceptoris, Patroni ac Promotoris,

etatem venerandi,

publicæ lucis sistet,

M. Georgius Wonna / Poët. L. Cæs.

Autor & Respondens

in illustri propter Salam Academia

XIV. Cal. Februar.

ANNO

CID IDC LIX.

Literis

SAMUELIS KREBSI.

S. R. I.
LIBERÆ. AC. ILLVSTRIS. REIPV-
BLICÆ.

RATISPONENSIS.
CONSVLIBVS.

ET.

SENATORIBVS.

VIRIS. MAGNIFICENTIA. NOBILITATE.
AMPLITVDINE. AVTORITATE. PRVDENTIA. ET. RE-
RVM. GESTARVM. GLORIA. EMINENTIS-
SIMIS.

VT. ET.

VENERANDI. IBIDEM. CONSISTORII.

PRÆSIDI.

ET.

ADSESSORIBVS.

VIRIS. MAGNIFICIS. PLVRIMVM. REVE-
RENDO. NOBILISSIMIS. AMPLISSIMIS. EX-
CELLENTISSIMIS. REVERENDIS.
GLARISSIMIS.

VTRIS.



05 A 237

UTRISQVE.

DOMINIS. SVIS. GRATIOSIS.
PATRONIS. MAXIMIS.
PROMOTORIBVS. SVMMIS.
EVERGETIS. OPTIMIS.

FELICISSIMVM. ANNI. NOVI. AVSPICIVM

ET.

QVICQVID. A. SVMMO. RERVM. ARBI-
TRO. PROFICISCITVR. SALVTARE.
ADPRECATVR.

ET.

DISSERTATIONEM. HANC. PHILOLOGICAM.

IN.

*HVMILLIMÆ. SVBIECTIONIS. ARGVMENTVM.
AC. GRATISSIMÆ. MENTIS. SYMBOLVM.
SVBMISSE. ET. MORE. PRISCO.*

L. M. Q.

OFFERT. DEDICATQVE.

*ILLVSTRI. IPSORVM. NOMINI
ÆTERNVM. DEVOTVS.
CLIENS. ET. ALVMNVS.*

M. GEORGIVS Wonna/

P. L. C.

D Electet Bellona alios pro Pallade docta,
pro Phœbo docto Nycteliusq; pater:
Te tamen assiduis inuat impallescere Musis,
seu nox, seu nitido splendeat orbe dies.

Nunc Te Graia rapit, nunc & Romana vetustas,
optima nunc pietas pectora amore tenet:

Nunc Laurus duplex stimulat, conceptaq; de Te
spes PATRONORVM, & famâ futura Tibi.

Quo pede cepisti, pergas docte, optime *Wonna!*

Olim PATRONI premia digna dabunt.

Nunc Tibi de probitate tua, partaq; labore
doctrina grator, testor & ipse libens.

Præstantis. atque Pereximio Dn.

M. Respondenti, Poetæ Laur.

Cæs. Inquilino & Amico meo
omni honore & amore profe-
quendo, ex animo gratulor,
omnemque prosperitatem ad

precor

Christoph. Philip. Richter / D. Com.

P. C. Consil. Saxon. Prof. P. & Fac. Jur. Sen.

Ignoti quondam fuerit quæ Numinis ara,
Et quas ob causas, cuique dicata Deo;

Dum, percare mihi, disquiris, *WONNA*: Patronis

Ne sis ignotus Tute Tibique, facis.

Quod si sic perges neglecta spretaque vulgo

Sectari studia vi studioque pari;


Ignotum Tibi nil ex omni parte futurum est.

Contra orbi cuncto Tu bene notus eris.

In honorem optimi sibi que carissimi

Iuuenis αυτοοχεδ.

PRÆSES.



Θεῶν σὺν παλάμα.



Acrata divinæ Philologiæ penetralia dum oculis animoque perlustro, plurima recondita doctrinæ emblemata ac venerandæ antiquitatis mysteria mentem penè in stuporem rapiunt, quidque seligat, præponatque reliquis, suspensam ac dubiam tenent. Placuit verò semper summopere Ara Atheniensium, IGNOTO DEO inscripta, cujus etiam admirationi lucubrationem quandam consecrare, ac primum uno quasi intuitu totum ararum circum percurrere, in animum induxi meum, ut hoc modo ei, cui inscriptam aram Apostolus asserit, in ea ipsa quasi aliqua devotissimæ venerationis thura libarem. Quem etiam, ut res hæc benè vertat, submissis oro precibus. Cæterùm levibus & malevolis solemne illud occino: *Procul este profani!* Tu vero quisquis placidiore natus es fidere, conatibus nostris faveto.

Sit igitur

Dissertationis Philologiæ de Ara IGNOTO

DEO inscripta Act. 17. v. 23.

CAPVT PRIMVM

Generalia de Aris. Earum origo antiquissima ac fermè coæua mundo.

Ara & Altaris vulgare discrimen rejectum. Seruius & Festus notati.

Ara erecta Diis, Principibus: ut Augusto & Vlyssi. Solinus refellitur. Principes aduentantes aris excepti.

Ara Pacis, Orbonæ, Febris, Mala Fortuna, Anni, Mensis, Paupertatis, Artis.

Ara in lucis & cur? itemq; in

A

scena

*Aræ & sepulcris, aut propè. Varia ararum materies. Aræ
 cespititia, lignea, cineritia: itemque ex arena & lapidibus.
 Aræ cornea Apollinis. Aræ aenea, argentea, aurea. Mos con-
 fugiendi ad aras, easq; in iurando tenendi. Singularia qua-
 rundam ararum. Formula dedicandi aras è saxis veteribus.*

§. I.



Ararum origo longe antiquissima est, & prope cum ipsa mundi nascentis origine coniuncta. Herodotus quidem scribit primos βαρβάρους ἄλλοις ἀρχαῖα καὶ νῦν Ἰεῖσι struxisse Ægyptios, utpote qui se omnium primos natos gloriarentur, ut testatur historia. Cui & Cælius Rhodiginus consentire videtur. Sed in hoc ipso tantum abest, ut nostrum mereantur calculum, ut potius ab eorum opinione quam longissime abeamus. Nam, ut iam dictum, ab origine mundi fere arcefenda est ararum origo, patetque ex sacris Pandectis d' Abelum & Cainum ex ordinatione diuina ac patris iussu, ut plane credibile, sacrificia obtulisse Deo, ad quæ aras exstructas fuisse omnino rationi consentaneum est. Hinc post, cessante diluuii vniuersalis pœna, morem sacrificiorum ac maiorum exemplum secutus Noah, altare quoq; ad sacrificii vsum erexit.

§. 2. Noam imitati sunt filii & nepotes. Vnde in toto terrarum orbe tot aræ, ut prius sidera quam illas numeres. Et eò res tandem rediit, eæque ingruerunt gentilitiæ superstitionis noctes, ut tota religio in aris ac sacrificiis posita esset, & quibus nullum esset altare (vocè altaris & aræ promiscue usurpamus, discrimen enim, quod Festus Pauli & Seruius faciunt, altaria sc. esse tantum superiorum Deorum, aras vero superiorum ac inferiorum, non semper locum obtinet, ut ex Virgilio & Silio ad oculum patescit) iis nec religio, nec Deus esse crederetur, ac pessimi omnium haberentur, ut patet ex Aristophane apud quem chorus ἐν Ἀχαρνέων, de Lacedæmoniis, ut de perditæ sceleratis loquitur: οἷόν τε βαρβάρους, ἔτε πῖσις, ἔθ' ὄρεα & πέντε.

§. 3.

in Euterp.

Justin. l. 2. c. 1.

l. 18. Lect. Antiq. c. 37.

Gen. c. 8. v. 20.

Gen 8. 20.

in voce altaris.

Coment.

in Virg. Eclog. 5. v. 66.

Eclog 8. v. 64. 74.

En. 4. v. 517 Cir. v. 376.

l. 4.

§.3. Hinc quacūque occasione oblata Diis Deabusque non tantum, sed & Principibus ac bene de patria meritis, aliisque rebus, ut virtutibus morbisq; & multis etiam pestibus, dum placatas esse trepido metu cupierunt, aras erexere gentiles. Aras Deorum Dearumque si enumerare vellem, dies me deficeret; & præterea id solis iurare clarius. Principes vero virtutibus suis aras meruisse, testatur exemplum Augusti, cui viuo tanquam Deo aras erectas esse liquere arbitror ex illo Virgiliti:

*Namque erit ille mihi semper Deus: illius aram
Sape tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.*

Itemque ex isto Horatii:

*Presenti tibi maturos largimur honores,
Inrandasq; tuum per nomen ponimus aras.*

Huic etiam Vbios in Germaniis, Lugdunenses & Narbonenses in Galliis aras erexisse refert Rosinus cum inscriptionibus, & Dempsterus. Vlyssi quoque ara consecrata, legitur apud Ta- & Dempsterus. Vlyssi quoque ara consecrata, legitur apud Ta-
citum, in Germaniæ oris, adiecto Laërta patris nomine, & in quodam recessu Caledoniæ, Græcis inscripta literis, apud Solinum. Quod autem ex hoc colligere vult Solinus, Vlyssiem in Caledoniæ agrum appulisse, in eo ipsi vix ac ne vix quidem assentire possum. Placet potius sententia Berneggeri, aras illas in Vlyssis potius honorem, quam ab ipso Vlysse positas existimantis. Nec hoc quicquam Solinus obtinet, quod ara illa Caledonia inscripta sit Græcis literis. Notum enim est ex Plutarcho & Iustino, aliisque cultos posteris seculis esse Trojanos Heroes. Cui ergo homines Græci tempestate forte eiectioni in has oras potius vota facerent quam Vlyssi, qui non ignarus malorum, quæ subeunt errantes pelago, facilius quam alii misericordia tangeretur. Etiam aduentantibus Principibus fædissima adulatione aræ exstructæ & ornatae sunt. Qui honor habitus est Metello Pio, & Caligula, & Vitellio & aliis. Cætera quod attinet, Pudicitæ plebeie aram dedicatam esse a Virginia e Liuo constat. Paci, cum Lacedæmonii Atheniensibus imperii maritimi principatum concessissent in Atticis

Plin. l. 2.
N.H. c. 7.

Virg. Eclog. l.
v. 7. 8.

Hor. l. 2. epist.
v. 15. 16.

Æl. 2. c. 2. Ant.
tiq. Rom.

Paralip. in
Rosini l. 1. c.
13. ad reg. 8.

l. de Germ.
c. 3. v. 4.

c. 25.
quæst. 10.

ex Taciti
Germ. &

Agric.

in Alexan.
dro M. 6. l.

ll. c. 5. n. 12.

Val. Max.
l. 9. c. 1.

Sueton. in
vita c. 13.

Tacit.
Hist. l. 2. c.

60. n. 3

l. 10. c. 23.

A 2

primum

in Ti-primum aras publice esse factas narrat Nepos. Ad quem locum
moth. c. 2. tamen Ampliff. atque Excell. Dn. Praeses annotat, Plutarchum in
n. 2. Cimone tradere aram Paci esse positam iam post victoriam.

Plin. l. 2. ad Eurymedontem de Persis. Imo a publice Febri fanum in Pa-
H.N. c. 7. latio dicatum, Orbone ad eadem Larium ara, & Mala Fortune Esqui-
gl. 3. de nat. liis. Hinc Cicero scribit: Febris fanum in Palatio, & Orbone ad
Deor. eadem Larum, & aram Mala Fortune Esquiliis consecratam videmus.

l. 2. de Et alibi: Ara vetus stat in Palatio, Febris: & altera Esquiliis, Mala
Leg. Fortune. Refert insuper Eustathius ex perduto Aeliani lib.
περὶ προνοίας, in Gadibus geminam aram fuisse constitutam,
alteram anno, alteram Mensi, in honorem temporis & longio-
ris & brevioris. Præterea & aram ibi fuisse Paupertati & Arti
positam. Paupertati quidem, quo eam placarent, Arti vero
tanquam remedio ad effugiendam paupertatem optimo.

Coment. Verba hæc sunt: Αλιανὸς ἢ ἐν τοῖς περὶ προνοίας Φησὶν, ὅτι
in Dionys. ἐν Γαδίροις βωμὸς ἐνιαυτῶ ὕδρου, καὶ μηνὶ ἄλλῳ, εἰς ἡμερῶν
p. 65. χρόνον βραχυτέρῃ τε καὶ μικροτέρῃ. Et mox paucis interiectis:

καὶ βωμὸς ἢ, φησὶ, παρὰ τοῖς ἐκείνῃ Πενίας καὶ Τέχνης. Τῆς μὲν,
ἐξιλδομένοις, τῆς ἢ, παραλαμβάνουσιν εἰς ἄκῃ ἐκείνης.
Ex monumentis quoque antiquis, quæ apud Gruterum sunt,
aras positas esse: Concordiæ, Spei, Paci &c. constat.

p. 100. n. 8. §. 4. Variis autem in locis constructæ aræ. Nec tantum
p. 102. n. 1. in templis, sed antiquissimo ritu etiam in lucis ac nemoribus:
p. 104. n. 6. in arborum refertis ac opacis, ut constat ex illo Homeri:

hymno in Vener. v. 38. 59.
Ἔς κύπερον δ' ἐλθῆσα, θυώδεια νηὸν ἔδυνεν
ἔς Πάφον· ἔνθα δ' εἰ τήμεν' ὄβωμὸς τε θυώδης,

Plin. N.H. Et Druidæ veterum delectum habuere inter lucos, eumque
lib. 16. c. 44. tantum aris ac sacrificiis destinarunt, quem annosæ quercus,
aut proceræ altitudinis robora conspicuum reddebant. Ex-
structas autem ideo deorum aras in lucis eiusmodi a genti-

in Ency- bus putat Fortunius Licetus, ut indicarent, naturam diuinam
clopæd. ad nos multum latere ac obscuram delitescere, Numinisque
aram Py- mysteria esse celanda multitudini. Forte etiam, quia illa ipsa
thiam p. 24. proceritas sylvæ densioris, & secretum loci, & admiratio um-
bræ in aperto tam densæ atque continuæ fidem alicuius Nu-
minis

minis facere existimabantur. In montibus quoque aras po-
sitas vel ipsa *Historia sacra* testatur. In scena quoque *dux* *Gen. 22.9.*
aræ ponebantur, dextra Baccho in Tragœdia, Apollini in *vid. Sca-*
Comœdia, sinistra ei vel Deo, vel Divo, vel Heroi, vel ciui, cui *lig. 1.1. de*
fiebant ludi, iusta aut parentalia. Et nisi in sepulcris, certe *art. Poët. c.*
tamen prope sepulcra, Manibus Virorum honoratorum aras *21. Taubm.*
erectas vt credam, facit *Virgilius* canens:

Instauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus, stant Manibus aræ.

Et rursus *z*:

Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem,
& geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.

Vid. idem l. 5. v. 46. Aræ quoque erant in viis publicis & pla-
teis, vt ex illo *Propertii* apparet:

Publica vicina perstrepat ara via.

Conferatur & *Plautus*:

§. 5. Multiplex insuper ararum materia erat. Et primo
quidem ex cespitibus congestis aras conglobasse veteres, ex
Ouidio *z* apparet, qui natalem vxoris celebrans, ait:

Araq; gramineo viridi de cespite fiat.

Et apud eundem *Medea* statuit — *Aras e cespite binas.*

Apud *Apuleium* quoque Latrones aram cespite virenti Marti
Deo faciunt. Apud *Iulium Capitolinum* hæc reperiuntur: Cen-
tum aræ uno in loco cespitiæ exstruuntur, & ad eas centum sues,
centum oves mactantur. Hinc & *Horatius* *z* & *Iuuenalis* *x*
cespitem pro eiusmodi ara posuerunt. Aliæ aræ fiebant ex
ligno, vt vel ex *historia sacra* *v* patet. Aliæ ex cinere seu aqua
subacta, seu victimarum sanguine, de quibus *Pausanias* *o*. Et
speciatim, quando *z* ait: *Stato autem die quotannis Februarii*
mensis nono supra decimum aruspices cineres ex Prytaneo deportant,
eoque aqua ex Alpheo amne diluta aram Iouis oblinunt. Thebis
aram *Apollinis Spodii* ex sacrificiorum cineribus fuisse narrant
Alexander ab Alexand. *z* & *Cælius Rhodiginus*. Ex arena ara-

rum *Philænarum* mentionem facit *Plinius*. Ex lapidibus
quoq; structas esse aras, ex *sacro codice* *z*, & *Aristotele* *z* patescit,

A 3

qui t. 59.

Gen. 22.9.
vid. Sca-
lig. 1.1. de
art. Poët. c.
21. Taubm.
in Plaut,
Moffell.
act. 5. sc. 1.
v. 45.
1. 3. Æn.
v. 62. 63.
l. c. v. 303.
seq.
ol. 3. eleg. 10.
in Curcul.
act. 1. sc. 1. v.
71, act. 4. sc.
1. v. 10.

l. 5. Trist.
eleg. 5.
1. 7. Me-
tam. fab. 2.
1. 7. Af. Aur.
in vita
Max. &
Balb.

l. 1. od. 19.
& 1. 3. od. 8.
Sat. 12.
Exod. 27.

v. 1. c. 30. v. 1.
l. 5. in Eliac.
& Bœot. l. 9.
l. 5. Eliac.
l. 6. Gen.
Dier. c. 2.

Leet. an-
tiq. l. 22. c. 2.
l. 5. H. N.
c. 4.

Exod. 20. 25.
Deut. 27. 5.
Jos. 8. v. 30.
l. 2. Phys.
qui t. 59.

qui tradit Protarchum dixisse fortunatos esse lapides, e quibus sunt aræ, quod honorentur. In Delo cornea erat ara Apollinis ab eo quadrimo, ut notat *Farnabius* ex caprearum Cynthiadu cornibus structa. Audiamus de hac *Callimachum*.

in Mart. l. spect. ep. 1. in Hym. Apoll.

Ἄρτεμις ἀγρώσασα καρφάλα συνεχὲς αἰγῶν
 Κωθιάδων φορέεσκεν, ἴδ' ἔτω λεκε βωμὸν ἀπόλων.
 Δείμαλο μὲν κεράεσσι ἐδέσθ' ἑλκιά, πῆξε δὲ βωμὸν
 Ἐκ κεράων, κερὰς δὲ πέριξ ἕω ἐβάλετο τοίχῃς.

l. c. lib. de solert. anim.

Martialis hanc inter mundi miracula recenset; cui assentitur *Plutarchus* scribens: Δήλω δηπότε τοῖον ἀπόλων παρὰ ναῶ, τὸν κεράλινον βωμὸν εἶδον ἐν τοῖς ἑπτακαλυμένοις θεάμασι ὑμνέμενον, ὃν μήτε κόλλης δεόμενον, μήτε ἕνός ἄλλ' ἑσμεῖ, ἀλλ' αἰν' ἑσμεῖ τῶν διξίων (alibi e sinistris structam asserit) συμπέπηγε καὶ συνήρηοςαι κεράτων.

in Theseo.

l. 5. c. 1. in Apollonii vita.

Ex ære quoque factas fuisse aras, dubitare nos haud sinit *Philostratus*, qui referente *Fortunio Liceto*, Herculi Ægyptio duas aras æneas in templo apud Gades erectas fuisse scribit.

in Encyclop. ad arā Nonarii

Curtio liquet, apud quem Persæ ad prælium ituri ignem, quem ipsi sacrum & æternum vocabant, argenteis altaribus præferunt. Et

Terrigenæ. l. 3. c. 3. n. 9. l. 5. c. 1. n. 20

Bagophanes aduentante Alexandro totum iter floribus coronisq; constravit, argenteis altaribus utroque latere dispositis. Apud

in Cli.

Babylonios porro altare aureum fuisse, in quo non licebat hostias mactare præterquam lactantes, testis est *Herodotus*. *Midas* quoque, ut est apud *Plutarchum*, eo in loco, quo *Anchurus* filius in terræ hiatus se coniecerat, aram auream posuit *Ioui Idæo*.

Parallel. 5.

§. 6. Has aras antiqui tam sancte habuerunt, ut etiam confugientes ad eas inuiolabiles putarent; erantque aræ miseris quasi quædam Asyla, ad quæ confugerent, ut immunitatem ac impunitatem consequerentur, si eas fuissent amplexi.

Heauton. act. 5. sc. 2.

Quorsum alludit *Terentius* aliique plures. Etiam in sacris quibusdam ara in discrimine vitæ, occupata legitur. Insedisse quoque fugitivos aras ex *Nepote* clarum est, qui *Argilium*

3 Reg. 1. v. 50. c. 2. v. 28.

quendam aram in fano *Neptuni Tanari* insedisse narrat: Et

Paufan. c. 4. n. 4.

Virgilio, apud quem *Helena*

l. 2. Æn. v.

174

aris

Aris inuisa sedebat

Quod si tamen magni alicuius sceleris reus eo confugisset, aut igne admoto cogeatur inde discedere, ut colligere licet ex *Plauto*: aut obstructis valuis fame necabatur, ut *Pausania* & factum.

§. 7. In more etiam fuit veteribus in iureiurando aras tenere, ut eo sanctius feruaretur, quod promitteret iurans. Ita apud *Iustinum* & *Ptolemæus* sumtis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra & puluinaria Deorum inauditis ultimisque execrationibus adiurat se sincera fide matrimonium petere &c. Et *Hannibalem* non amplius nouem annos natum aram tenentem iussu Patris iurasse nunquam se in amicitia cum Romanis fore, testantur *Historici*. Ad quem ritum veterum etiam alludunt *Virgilius*, *Iuuenalis*, *Propertius*, *Plautus*, *Cicero* & alique.

§. 8. Interdum aræ singulare quippiam & mirandum habuere, vel ratione sacrificiorum; sicut aræ *Herculis*, quæ & maxima dicta est, proprium erat, ut *Iuuenalus* indomitus *Herculi* victima in ea mactaretur. In ea *Prætor* aut *Pontifex*, qui rem diuinam fecit, sola lauro nec alia coronabatur fronde. Huic admonere manus fæminas religio non sinebat; ad eam dum sacra fiebant, dumque litabatur omnes capite aperto & inuelatos esse decebat. In ea nec lectisternium fieri, nec puluinar suscipi poterat. Ita quoque in *Attica* *Iouis* supremi aræ nihil conueniebat animatum immolari, sed variis libamentis & bellariis absque vino sacrificabatur. Vel ratione aliorum euentuum, sicut ut *idem* scribit & *Liuius* in *Lacinia* *Iunonis* aræ cineres nullus mouit ventus, & *Veneris Paphia* aræ sub palustri cælo nullis pluuiis humectabatur. *Plutarchi* testimonio duæ aræ in *Germania* fuere, quæ sub id tempus, quo victus bello *Cimbrico* *Marius* somnio monitus est victorem se fore, si immolaret filiam suam *Calpurniam*, sonum tubarum edebant. Et alibi *idem* de aurea *Midæ* aræ, cuius iam §. 5. mentio facta, scribit, eam circa id tempus, quo terra hiauit olim, lapideam fieri, stato illo tempore elapso, rursus auream. Fides sit penes auctores.

§. 9. Pri-

x Act. 3. se.
4. Rudent.
↓ apud Ne-
pot, l. c.

l. 24. c. 2.
n. 8.

x Liv. dec. 3.
l. 1. Nepos
in Annib. c.

2. n. 4. Po-
lyb. l. 3. Va-
ler. Max. l.

9. c. 3.
§ 1. 12. En-
v. 201.

γ Sat. 14. v.
219.

l. 3. eleg 18.
e Rud. act.
5. sc. 2. v. 49.

Pro Flacco
u Alexand.

ab Alex. l. 2.
gen. dier. c.
14. & ibi Ti-
raqu. not.

o Alex. ab
Alex. l. 6. c. 2.
l. c.

x l. 24. c. 3.
Patla-
l. 20.

u Parall. 5.

§.9. Priusquam hinc abeamus, apponimus formulam aras
dedicandi, quam nobis exhibet inscriptio vetus Patauina,
olim ab Aldo, Smetio, Grutero & Schotto, sed longe correctius
a Laurentio Pignorio, Sertorioque Ursato, ut in ipso lapide ex
fide vetusti codicis suppleta hodie legitur, descripta & com-
mentariolo illustrata. Ea sic habet:

Epist. Sym
hol. 30.
§ 1. 1. mo-
num. Patav.
sect. 6. p. 222.

L. Helio Cesare. Imp. P. Cælio & ALBINO
VIBULLIO PIO COS.
VII Idus OCTOBRES
Cn. Domitius Valens Iivir ID. PraEEVNT E C. IVLIO
SEVERO PONTIF. Legem dixit in ea verba quæ infra
SCRIPTA SVNT.

Iuppiter optime maxime quandoque tibi h ODIE
HANC ARAM DABO DEDICABOQUE OLIS LEGIB.
Ollisque regionibus dabo dedicaboque quæ hic h ODIE
PALAM DIXERO VTI INFIMVM SOLVM HVIVS
ARAE ES Si quis hic hostia sacrû faxit quod magmentû neC
PROTOLLAT IDCIRCO TAMEN PROBE FACTVM
ESTO CETER Leges huic aræ eadem sunt quæ aræ Dianæ
sunt IN AVENTINO MONTE DICATAE HISCE LEGI-
BVS HISCE REGIONIB Sicuti dixi hanc tibi aram Iup-
piter optime maxime DICO DEDICOQUE VTI SIS VO-
LENS PROPITIVS MIHI COLLEGISQV Meis decurio-
nibus colonis incolis coloniæ martiæ iVLLIAE SALONAE
CONIVGIBVS LIBERISQUE NOSTRIS.

apud Gru-
ter. p. 229.

Similem huic formulam habes in ara Narbonensi Au-
gusto dicata, cuius supra mentio facta. Quam si cum hac
nostra compares, apparebit, fortasse melius hic legi, *quando*
tibi, & *mox*, *quas hic*, denique, *qui magmentum*. Id quod
obiter obseruare libuit. In formula dedicationis interdum
expresse cautum esse, cui Deo in ara dedicata sacrificandum
esset, ex alio lapide docent Kirchmannus & Sertorius Ur-
satus. Sed hæc de Aris in genere. Nunc aram Athenien-
si paulo accuratius inspiciamus.

l. 4. c. 2. de
Fun. Rom.
§ 1. sect. 2.
p. 90. in mo-
num. Patav.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Singularis Atheniensium superstitio. Ara Dei ignoti ab Apostolo Athenis visa. Quomodo ea inscripta fuerit, diuersae Autorum sententiae. Super causa dedicationis variae opiniones ex Isidoro Pelusiotâ, Chrysofomo, Occumenio, Lyrano, Selnecero, Salmerone, Cornelio & Lapide, Baronio, Casaubono, Sarcerio aliisque recensentur.

§.1.

Venerat Apostolus Paulus Athenas, vt celebre alias omnium artium emporium, ita idololatriæ quoque quasi quoddam domicilium. Singularis quippe Atheniensibus *δαισιδαμονία* erat, quæ potissimum elucescebat *ἐν τοῖς πρὸς τὰς θεάς*. Hinc *Isocrates* & scribit eos fuisse *πρὸς τὰ τῶν θεῶν δαισιδαμονία*. Et Apostolus v.16. Atheniensium urbem *κατείδωλον ἔσαν τῆν πόλιν* vocat. ^{ainPanegy}

§.2. Copiose igitur singulari superstitionis zelo aras Diis suis struebant; quas cum accuratius perlustrasset Apostolus, & inter eas inuenisset vnâ inscriptam *Ἄγνωστο θεῷ*, tumultuque orto in Areopagum duceretur, occasione doctrinam suam defendendâ arrepta aram illam Atheniensibus obiecit.

Audiamus ipsum loquentem: *Διερχόμενος*, inquit β, *καὶ ἕνα-β v.21. θεῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὐρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπιγέγραπτο, ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ. Ὃν ἔν ἀνοήτους δαισιδαμονία, τῆτον ἐγὼ καταγγέλω ὑμῖν. Q.d. Non sum nouorum Dæmonum annunciator, neque nouæ doctrinæ prædicator; Deus vester Ἄγνωστος, cui aram dedicastis, idem ille est, cuius cultum quod ego profiteor, tantopere tumultuamini.*

§.3. De hac ara Scriptores varie controuerfantur. Et primo quidem de ipsa inscriptionis forma non unam eandemque tenent sententiam. *Hieronymus* eam non in singulari, sed plurium numero conceptam fuisse putat. *Inscriptio aræ*, inquit γ, *non ita erat, vt Paulus asseruit, Ignoto Deo, sed ita: Diis Asia & Europa & Africa, Diis ignotis & peregrinis.* γ comm. in ep. ad Tit. c.1.

B

Verum

Verum quia Paulus non pluribus Diis indigebat ignotis, sed uno tantum Ignoto Deo, singulari verbo usus est: ut doceret illum suum esse Deum, quem Athenienses in ara titulo prenotassent, & recte eum scientes colere deberent, quem ignorantes venerabantur, & nescire non poterant. Cum Hieronymo sentit Salmero d. Ut Paulus, inquit, aliquando ex Scripturis sensum potius ad rem citat quam verba, ita illud de Diis ignotis in singularem numerum mutavit, quia apud sapientes unus tantum Deus est.

δ tract. 47.
in Act. p. 316
Comm. in
Act. Apost.
c. 17.
Quæst.
Roman. 13.

§. 4. Oecumenius, cui adstipulari videtur Boxbornius, huius aræ inscriptionem hanc fuisse contendit:

ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ
ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ
ΘΕΩ ΑΓΝΩΣΤΩ
ΚΑΙ
ΖΕΝΩ.

Quæ inscriptio quoad posteriora saltem, non quoad priora, diuersa est ab Hieronymi. Quam enim partem Orbis terrarum hodie Africam appellamus, eam veterum nonnulli Libyam vocabant. Lucanus:

lib. 9. Pharsal.

*Tertia pars rerum Libye, si credere famæ
Cuncta velis.*

Comm. in
h. l. & ep. ad
Tit. hom. 3.
Exegemat.
in h. l.
Rhetor.
Sac. tr. 2.
c. 7.

§. 5. Chrysostomus vero in singulari numero inscriptionem positam ait. Quem in sensum & B. Dn. D. Maior ait: Hoc credibile est, non aliam (sc. aram) Paulo visam fuisse, quam quæ in singulari concepta fuit. Et B. Dn. D. Glassius: Vero similis est, in singulari inscriptionem illam aræ formatam fuisse; si enim secus esset, procul dubio Paulus occasionem inde sumsisset, πολυθεϊῶν gentilium prius perstringendi, quam de uno vero Deo sermonem fecisset.

al. 4. ep. 69.

§. 6. Atque ut de inscriptionis titulo Scriptores inter se certant, ita etiam, & maiori adhuc varietate, de occasione, qua erecta hæc ara. Sunt I. qui dicunt, ut est apud Isidorum Pelusiotam, cum Persæ Græciam quondam magna inuasissent manu, opemque Athenienses a Spartanis petiissent, in monte Parthenio Philippidi, qui mittebatur, occurrisse simulacrum Panis, qui neglectum sese querebatur, atque auxilium promitte-

mittebat. Quem cum ignorarent quis esset, gratos interim
 Ἀγνώστῳ θεῷ aram inscripsisse. Sed quid vetat, *Isidorum* ipsum
 audire? Οἱ μὲν γὰρ φασιν, inquit, ὡς Φιλιππίδω ἐπεμψάν Ἀθη-
 ναῖοι ἡμεροδρόμον πρὸς Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἠνικα
 Πέρται Περσέατος τῆ ἐλλάδι διὸ κατὰ τὸ παρθένιον ὄρθρου
 Παῖος φάσμα ἐντυχόν, ἠλιάρ μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελῆντας
 αὐτῶν, βοηθεῖν ἢ Πηγηέλλεω. Νικήσαντες ἔν, βωμὸν ἀκαθό-
 μησαν, καὶ Πηγέγραψαν ἈΓΝΩΣΤΩΙ ΘΕΩΙ. Totidem pene
 verbis, & procul dubio hoc ex loco petitis, opinionem hanc
 describit *Oecumenius* μ, addens tamen nonnulla quæ ex *Chry-* μ l. ante cit.
sofotomi sententia, quæ mox indicabitur, desumpta videntur.

§. 7. *Chrysofotomus* scribit Athenienses posuisse hanc aram
 veritos, cum alios externos Deos admisissent, ne forsan &
 alius quispiam alibi esset, quem ignorarent. En eius verba : , Comm. in
 Ἀθηναῖοι ὅπειδὴ κατὰ καιρὸς πολλὰς ἐδέξαντο θεῶς, καὶ τῆς Act.c.17.
 ὑπεροχίας, οἷον τὸ τῆς Ἀθηνῶν ἱερὸν, τὸν Πᾶνα, καὶ ἄλλας ἀλλα-
 χόθεν· δεδεικότες μὴ ποτε καὶ ἄλλῳ τις ἢ αὐτοῖς μὲν ἐδέπω
 γνώριμῳ, θεραπεύομενῳ ἢ ἀλλαχῶς, ὑπὲρ πλείονῳ δῆθεν
 ἀσφαλείας καὶ τάτῳ βωμὸν ἔστησαν, καὶ Πειδὴ ἐκ ἧν δῆλῳ
 ὁ θεός, Πηγέγραπτο, ἈΓΝΩΣΤΩΙ ΘΕΩΙ. Et alibi ε: Ἀθη- ξ hom. 3. in
 ναῖοι ὅπειδὴ ἐκ ἐξ ἀρχῆς τὰς θεῶς πάντα παρέλαβον, ἀλλὰ ep. ad Tit.
 κατὰ χρόνους, καὶ ἄλλας ἰνάς, ὡς τὰ ἐκ τῶν ὑπερβορέων, ὡς
 τὰ τῶν Παῖος, ὡς ἄλλα μυρία ἐπήγαγον ὑπερον ἔτοι σοχαζό-
 μενοι ἀπὸ τῶν, ὅτι εἰκὸς καὶ ἄλλον εἶναι θεόν, ὑπὸ αὐτῶν ἢ
 ἠγνοῦσθαι, ἵνα καὶ περὶ ἐκείνον ὡσιν δικαιοσύνη, τάτῳ βωμὸν
 ἔστησαν, Πηγέγραψαντες, ἈΓΝΩΣΤΩΙ ΘΕΩΙ. Μονοθεῖ τῶτο
 δηλῶντες καὶ εἰ τις ἀγνώστῳ εἴη θεός.

§. 8. Huic opinioni Atheniensium fortasse ansam præ-
 buerit pestis, qua grauiter oppressi cum frustra, vt aliqui
 volunt, se colendis Diis Patriis fatigassent, nihilque ab iis
 opis impetrassent, timerentque ne aliquod Numen præter-
 missum a se esset, Θεῷ Ἀγνώστῳ aram hanc dedicarunt, obla-
 tisque sacrificiis conualuere. Audiamus iterum de hac opi-

l. supra cit. nione loquentem *Isidorum Pelusiota*: "Ἄλλοι δὲ φάσιν, ὅτι
 λοιμὸς κατέσκηψεν ἀθήναζε, καὶ εἰς τοσούτον αὐτὸς ἐξέκαυσεν,
 ὡς μηδὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. (Rittershus. conii-
 ciebat legendum ἀπέχεσθαι.) Τὰς νομιζομένους ἔν θεῶς ἑαυτῶν
 θεραπέυοντες, ἔδεν ἀπάναντο. Ἐννοήσαντες ἔν, ὅτι ἐστὶν ἴσως
 θεὸς ἕξ, ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέραςον, ὃ τὸν λοιμὸν καταπέμψας,
 ναὸν δαιμόμενοι καὶ βωμὸν, ἀπὸ γράψαντες, ἀγνώστῳ θεῷ, καὶ
 δύσαντες, εὐθέως ἐθεραπέυσαν. Quæ totidem verbis ite-
 rum exscripsit π Oecumenius.

Comm. in Act. c. 17. §. 9. Sunt III, qui hanc aram eandem cum celebri illa
 ara Misericordiae fuisse contendunt; unde aliam quoque aræ
 erectæ occasionem afferre nimium quantum laborant. Au-
 diamus e *Nicolaum de Lyræ*, licet non vsque adeo ornate lo-
 quentem: *Aliqui dixerunt, quod hoc altare fuit consecratum & in-*
stitutum a posteris Herculis, qui post eius mortem eieci de regno suo
& potestate, recurrerunt ad auxilium Atheniensium, per quod resti-
tuti fuerunt ad statum pristinum: propter quod dixerunt misericor-
diam in Athenis posuisse sibi sedem: cui consecrauerunt aram; sed
quod misericordia non erat aliqua persona, quæ fuisset nota homini-
bis: sicut Iupiter & Mercurius fuerant, quos gentiles ad Deos trans-
latos dicebant. Iam illud altare intitulum fuit: IGNOTO DEO: &
determinatum, quod non fierent oblationes & sacrificia, nisi de gemi-
tibus, lachrymis ac precibus miserorum ibidem misericordiam postu-
lantium.

Comm. in Act. c. 17. §. 10. IV. *Selneccerus* annotat valde probari *Melanchthoni*,
 quod nonnulli dicant, Philosophos Athenis docentes eam
 aram constituisse, motos Eclipsi, quæ tempore passionis Chri-
 sti accidit, de qua *Apollophanes Sophista* dixit ad *Dionysium Areo-*
ragitam: ὦ καλὲ Διονύσιε, ἀμοιβὰς θεῶν πραγμάτων. Cui re-
 spondit *Dionysius*: ἢ τὸ θεῖον πάχος, ἢ τῷ πάχονι συμπάχος.
 Ἄγνωστο πάχος θεῶς, δι' ὃν τὸ πᾶν ἐξόφω) καὶ σεσάλωται.
 Etiam *Nicolaus de Lyræ* opinionem hanc olim quibusdam pla-
 cuisse refert. Ita vero ille: *In Scholastica historia dicitur: quod*
Philosophi Athenis existentes, & tenebris factas in die passionis Christi
confi-

considerantes, quod non poterunt esse virtute natura, & quod non
 facta fuerunt per interpositionem luna: ut dicit Dionysius se vidisse
 lunam retrocedentem ab Oriente, & supponentem se soli: tunc ei erat
 quinta decima, & iterum eam redeuntem ad locum suum versus Ori-
 entem. Talis autem motus luna erat contra cursum natura: propter
 quod illa Eclipsis non fuit naturalis. Item quod illa Eclipsis solis in-
 cepit a parte Orientis, & in eadem parte fuit determinata: Eclipsis
 autem naturalis ipsius solis semper incipit a parte occidentali, & in
 parte opposita terminatur. Item quod illa Eclipsis duravit tribus ho-
 ris, seu ab hora sexta usque ad horam nonam, ut habetur Matth. 27.
 Eclipsis autem solis naturalis non tantum durat, sed modico tempore.
 Hac igitur consilia attendentes Philosophi consecrauerunt altare Deo,
 qui talia mirabilia faciebat: quem vocauerunt Ignotum. Quæ ma-
 ximam partem ex epistola Dionysii ad Polycarpum, cuius
 partem Suidas quoque recitat, desumpta esse videntur; de ara
 tamen erecta altum ibi silentium. Hanc opinionem etiam
 Salmeron refert. Ratio, inquit, redditur illius inscriptionis a Michae- φ Tract. 47.
 le Syngello auctore graui & veteri, qui in vita Dionysii (rectius vo- in Act.
 casset cum Possuino & aliis encomium in Dionysium) scribit, Dio-
 nysium in Ægypto existentem, & solis defectum videntem in die Domi-
 nicæ passionis dixisse: "Αγνωστος παρὸν πᾶσι θεός, δι' οὗ τὸ πᾶν ἐσκο-
 φώθη ἡ σελήνη. h.e. Ignotus Deus patitur: propter quem uni-
 uersum est tenebris obscuratum & tremefactum, & hunc sermonem
 asserit sibi puero a patre traditum. Ad hæc adiungit: Cum Philosophi,
 qui tunc Athenis erant, intelligerent nature vices maxime mutari &
 verti, potuisse aram ignoto Deo, de quo nunc loquitur Paulus, consti-
 tuere. Et fortasse, ait, Dionysius ex Ægypto reuersus autor fuit, ut talis
 ara Ignoto Deo erigeretur. Similia fere tradit Petrus Comestor in
 Scholastica Historia. Mox subiicit suum de his iudicium: Hæc
 ratio postquam solido & antiquo testimonio fulcitur, videtur mihi
 reliquis preferenda: quod Christo Ignoto sibi Deo esset proposita, qui
 eius causa extitit, quanquam ex quacunque alia causa posita fuerit,
 idem liceat colligere. Est autem Christus ignotus Deus sub cuius hu-
 manitate delitescit: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis
 corporaliter. Delituit etiam diuinitas in passione, ut nunc etiam deli-
 tescit sub speciebus Sacramenti. Ita ut de eodem dixerit Propbeta x: χ Esaias

Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator: quanquam ex alia parte signa & miracula eum verum Deum indicauerint. Hinc Ara Ignoti Dei, crux Christi dici potest, quia habebat inscriptionem: *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*: quomodo enim Iesus aut Rex in spinis florum.

¶ Coment.
in Act. c. 17.

§. II. V. Cornelius a Lapide scribit & quosdam per Deum ignotum intelligere Deum in carne apparituum, puta Christum incarnandum. Potuerunt enim, inquit, Athenienses ex Sibyllis & ab Hebrais discere futuram Christi incarnationem, illique aram statuere hoc titulo: **IGNOTO DEO**. Christus enim ante eam hominibus fuit ignotus, & incognitus. Id verum est, si vera sunt, pergit, quia scribit Hilduinus Archiep. Rhemensis in vita S. Dionysii. Sic enim ait: Dum Paulus singula altaria & simulacra falsorum Deorum perlustrasset, inter ceteras aras reperit altare unum, cui erat titulus superscriptus: **DEO IGNOTO**. Et conuersus ad Dionysium, Paulus interrogauit illum dicens: *Quis est ille Deus incognitus?* Ad quem Dionysius, adhuc, inquit, non est ipse Deus demonstratus inter Deos, sed est incognitus nobis, & seculo venturo futurus: Ipse enim est Deus, qui regnaturus est in caelo & in terra, & Regnum eius non accipiet finem. Subiungens itaque Paulus ait: *Homone erit an Spiritus?* Respondens Dionysius dixit: *Verus Deus & verus homo, & ipse renouaturus est mundum, sed adhuc incognitus est hominibus, quoniam apud Deum in caelo eius conuersatio est.* Et ait Paulus: *Illum Deum praedico vobis, quem incognitum appellatis: Natus enim ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, pro salute humana mortuus resurrexit, caelosq; ascendens sedet a dextris Dei Patris, verus Deus & verus homo, per quem facta sunt omnia, & venturus est in fine seculi iudex omnium, quae geruntur: Qui notus est iam in Iudaea Deus, & magnum in Israel & sanctum nomen eius. Quamobrem quem incognitum vsque nunc habuistis, modo cognoscite, quia ipse est Deus solus, & praeter eum non est alter: Qui nos de morte sanguinis sui pretio reduxit ad vitam: Qui caelum & terram, homines sc. & angelos in vnitatem regni sui coniunxit: Qui mortificat iustus, & viuificat pius: Qui claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit.* Subdit Hilduinus ille, hinc aliiq; Pauli verbis Dionysium fuisse conuersum, & Christi amore accensum, praesertim vbi ceco visum restitutum fuisse a Paulo videret.

§. 12.

§. 12. VI. Baronius suam hac de ara hisce proponit ^α sententiam: De Ignoto Deo ea magis placet sententia, ut quoniam placitis antiquorum Philosophorum, ut Trismegisti & aliorum, quin etiam Sibyllinis oraculis, receptum erat, unum Deum esse inuisibilem, imperceptibilem, eundemq; innominatum & ineffabilem, ne cui Numinum diuinus honor deesse videretur, aram eo titulo illi erexerint. ^α Annal. Eccles. ad ann. 52.

§. 13. VII. Casaubonus aram hanc natales suos debere cultui Θεῶν Ἰένων putat. Ita enim scribit ^α: In multis Græciæ locis ^α in Athenæum l. 9. c. 3. festum celebrabatur nulli priuatim Deo sacrum, sed in uniuersum omnibus. Theoxenia eum diem vocabant. Hesychius: Θεοξένια, ἡ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς Θεοῖς. Athenis autem potissimum videntur Theoxenia celebrata: nam inter propria Reipub. illius instituta hoc fuit, quod Θεῶς Ἰένων colerent quam plurimos. Hesychius: Θεοὶ Ἰένια καὶ παρὰ Ἀθηναίους ἱμῶν, ἔς κατὰ λέγῃ Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίῳ. Inde illa ara Θεῶ ἀγνώστῳ, de qua D. Paulus in Actis.

§. 14. Denique VIII. Erasmus Sarcerius ad prouidentiam diuinam confugit, aitque ^β, fortassis ex diuino consilio aram hanc ^β Comm. in Act. c. 17. aliquando apud Athenienses cœpisse, ut illa aliquando occasio esset conuersionis Atheniensium.

CAPVT TERTIVM.

Aram Atheniensium videri singulari numero fuisse inscriptam. Sententiæ super caussa dedicationis, superiori capite recensita, expenduntur. Verum Deum fuisse, quem Ignoti nomine Athenienses coluere. Verus Deus, eiusq; unitas etiam Gentilibus quodammodo nota. Formula precandi, Κύριε ἐλεῆσον, iisdem usurpata. Quis illis Deus ignotus? Dii ignoti Pelasgorum. Deus ἀνώνυμῳ Celtiberorum. Ara ignoti Dei apud Arabes & Burdegalenses. Ignotus Deus apud Persas. Romanorum Dii ignoti. Formula Deos compellendi: Quisquis es. Deos nominandi metus. Deorum tutelarium nomina arcana, etiam urbis Roma. Sexus Deorum incertus. Boxhornius notatur. Coniectura Cl. Viri super formula si Deus, si Dea es, probatur. Incerta sacrificia ac cul-

ac cultus Deorum quorundam. Nostra sententia per ἀνακεί-
Φαλαίωσιν refertur, & concluditur dissertatio.

§. I.

IN hac sententiarum varietate quid sentiendum sit, definire, auctoremque huius aræ nominare, quaque occasione erecta sit, indicare, fateor coniecturæ potius rem esse, quam scientiæ; illamque solennem veterum formulam, NON LIQVET, fortasse rectius hîc vsurpari, quam vt certi quid affirmemus. Nihilominus instituti nostri ratio requirit, vt dispiciamus, quid in hac re maxime veritati consentaneum videatur.

§. 2. Ac Hieronymi quidem, aliorumque, qui inscriptionem aræ in plurium numero conceptam volunt, sententiam quod attinet, næ illi sanctissimo Apostolo grauem dicam scribunt, detrahuntque verbis eius, quibus Athenienses tentabat conuincere, omne robur ac pondus; vtpote quæ antagonistiæ falsitatis arguere potuissent. Decepti fortasse sunt ex eo, quod

α 1. 4. Apol-
lon.

β 1. 5. Eliac.

γ in voce

Τιμοῦ α γ.

δ in Dial. qui

Philopat.

inferibitur.

ε in fine

Dial.

ζ 1. 1. Attic.

η Erat. c. 105.

Philostratus α mentionem facit Ignotorum Deorum, quodque Pausanias refert β aram consecratam Diis ignotis. Πρὸς αὐτῷ (loquitur de magna Iouis Olympii ara) δ' ἐστὶν ἀγνώστων θεῶν βωμός.

Quomodo & Suidas γ: σωφρονέστερον γὰρ τὸ περὶ πάντων θεῶν λέγειν εὖ, καὶ ταῦτα ἀθρήσειν, ἢ καὶ ἀγνώστων δαιμόνων βωμοὶ ἰδρυνῆ. Præpono longe auctoritatem Scriptoris sacri; & verba Apostoli nimis clara sunt. Nec sequitur: Fit mentio apud Scriptores quosdam ararum in plurium numero inscriptarum: E nulla fuit inscripta in singulari numero. Quid enim vetat asserere cum Baronio, aliisque, fuisse ibi aras in plurium numero inscriptas, & vnâ quoque in singulari? Aram in singulari numero inscriptam Ignoto Deo Athenis aperte nos docet Lucianus

vel quisquis alius potius, cum ait δ: Νῆ τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις. Et rursus ε: Ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφ' ὀφροντες, καὶ προσκηνήσαντες, χεῖρας εἰς ἕρανὸν ἐκτείναντες, τὰ τῷ δὲ χαλεπήσομεν.

§. 3. Quod porro I. sententiam de occasione erectæ aræ huius spectat, eam nisi me omnia fallunt, ex ζ Pausania η Herodotog

doctos, quicumque eius authores fuerit, aut sunt, sed non satis
 bona fide, adiectis præterea, quæ suæ causæ inferuire videban-
 tur, desumserit. Audiamus ipsos Scriptores, & fucus facile ap-
 parebit. Ita vero *Pausanias* l.: Περὶ ἧς Παιὸς Φασὶν, ὡς θl.c.
 πεμφθεὶς Φιλιππίδης εἰς Λακεδαιμόνα ἀγγελῶν ἀπαβεβηκό-
 των Μήδων (quod factum esse sub Dario ex *Herodoto* & *Cor-* l.c.
nel. Nepote liquet) εἰς τὴν γλῶσσαν Παιήκων ἢ Λακεδαιμονίους ἰσπερ- *Miltiad.*
 βαλέως Φαίη τὴν ἕξοδον· εἶναί γ' ὅτι νόμον αὐτοῖς, μὴ πρότερον *c. 4.*
 μαχόμενοι ἐξίεναι πρὶν ἢ πᾶσιν τὸν κύκλον τῆς σελήνης γυροῦν.
 Τὸν ἧ Παιὸν ὁ Φιλιππίδης ἔλεγε περὶ τοῦ ὄρου ἐντυχόντα οἱ τὸ
 Παρθέριον, Φᾶναι τε ὡς εὖνεσ' Ἀθηναίοις εἴη, καὶ ὅτι εἰς Μαραθῶνα
 ἦξοι συμμαχῶν. ἔτος μὲν δὲ ὁ θεὸς δὴ τῆς αἰτίας τῆς ἀγγελίας ἱερίμῃ).
 Vbi notari velim, Scribarum forte culpa, quibus *Philippi* no-
 men erat magis cognitum & familiare, vitium irrepsisse in
Pausaniam, quod neque propugnatores dictæ sententiæ cor-
 rexerunt, & pro *Phidippide*, quod nomen non personæ pro-
 prium, sed muneris seu officii, nempe cursorum, quos ἡμερο-
 δρόμους vocabant, quodque expresse ponit in hac historia, ut
 mox audiemus, *Herodotus*, *Phidippidem* perperam positum esse,
 ut ostendit *Ampliff. atque Excell. Dn. Præses*. Nunc & *Herodoto* *Comm. in*
 aurem commodemus: Τῷ δὲ, inquit μ, (ὡς αὐτὸς τε ἔλεγε *Nepot. Mil.*
tiad. c. 4. n. 3
l.c.
 Φειδιππίδης, καὶ Ἀθηναίοισι ἀπήγγελε) περὶ τὸ Παρθέριον ἔρ-
 τὸ ἰσπερ τεγέης ὁ Παιὸν περιπίπῃ. βῶσαντα ἢ τὸν οὐρανὸν Φειδιπ-
 πίδεω τὸν Παιὸν, Ἀθηναίοισι κελεύεται ἀπαγγεῖλαι διότι ἐαυτῶν
 ἐδεμίλω δὴ μὲν εἶναι ποιεῦν), εἶναι ἔννεσ' Ἀθηναίοισι, καὶ
 πολλαχῶς γρομένους ἤδη σφίσι χρησίμους, τὰ δὲ ἴσως καὶ εἰσμένους. Καὶ
 ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι, κατασάντων σφίσι εἶ ἤδη τῶν περηγμάτων,
 πισδύσαντες εἶναι ἀληθεῖα, ἰδρύσαντο ἰσπερ τῆς ἀκροπόλι Παιὸς
 ἱερόν, καὶ αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγγελίας θυσίῃσι δεικνύουσι καὶ
 λάμπάδι ἱλάσκοντα. Quis vero ex his *Pausania* & *Herodoti*
 verbis colligere potest, *Phidippidem* atque Athenienses igno-
 rasse, quis Deus apparuisset auxiliumque promisisset? Con-
 trarium tam clarum ac solis radii, cum sudum est. Expresse
 C nomi-

nominatur Deus iste *Pan*, eique sub hoc, non sub ignoti Dei nomine, honores habitos esse, templumque structum dicitur.

§.4. II. Sententia, quæ *Chrysoſtomi* & *aliorum* est, quibus pestis occasionem erectæ aris præbuisse dicitur, licet, vt fatear, cæteris paulo probabilior sit, talis tamen non est, quæ omni careat dubio. Quem enim huius suæ opinionis idoneum authorem ex Græca antiquitate nominabunt? Forte *Dio- genem Laertium*? quod facit implicite *Ludouicus Viues*, quando ait: *Erant in agro Atticæ multæ Diis ignotis sacræ aræ, vt Lucas attingit in Actis Apostolorum c. 17. Et apud Pausaniam in Atticæ θεῶν ἀγνώστων βωμοὶ: quæ aræ inuento Epimenidis Cretensis sunt erectæ: nam cum regio pestilentia laboraret, consultaque Pythia respondisset, expiari oportere urbem & agros, nec, cui Deo sacrum fieri oporteret, dixisset: Epimenides, qui tum Athenis erat, iussit dimitti hostias per agros, sequique eas sacrificos, & in quo loco quaque constisset, ibi mactari eam, immolarique Deo ignoto propitio. Itaque ex eo tempore etiam ad ætatem Laertii Diogenis, frequenter uidebantur per pagos Atticæ terræ sacræ aræ sine nomine. Eodem propendere uidetur celebris Iesuita, Athanas. Kircherus, cum in Actis Apostolorum ararum Diis ignotis primo in agro Atheniensi ab Epimenide erectarum mentionem fieri scribit. Sed vt & hic fucus pateſcat, perpendemus ipsius Laertii verba: "Ὁ θεὸς, inquit, Ἀθηναίοις τότε λοιμῶν κατεχομένοισι ἐξέησεν ἡ Πυθία καὶ θῆραι τῆν πόλιν. οἱ δὲ πέμπουσιν αὐτὸν τε καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτη εἰς Κρήτην, καλῶντες τὸν Ἐπιμενίδα. Καὶ ὅς ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῆ ἔκτῃ ἐκάθηνεν αὐτῶν τῆν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν, τέτον τὸν τρίτον λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκά ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον. καὶ κἄνθεν εἴασεν ἰέναι οἱ βέλοιντο, πρὸς ἄξας τοῖς ἀκολύθοις, ἐνθα ἂν κατακλίνοι αὐτῶν ἕκαστον, δύοιν τῶν προσήκοντι θεῶν καὶ ἔτω λῆξαι τὸ κακόν. Ὁ θεὸς ἐν καὶ νῦν ἐστὶν ὄρεῖν κατὰ τὰς δῆμους τῶν Ἀθηναίων βωμὸς ἀνώνομος. Vbi dicit *Laertius*, propter pestem sedatam Ignoto Deo aram erectam, vt Apostolica inscriptio est? Oves mactatas esse scribit θεῶν προσήκοντι, non Ἀγνώστω. Nec iuuat *Ludouicum Viues* & *alios**

in vita Epimenidis. Comm. in l. 7. c. 17. Aug. de ciuit. Dei.

atom. 2. Oedip. Egypt. syntagm. 3. c. 2.

& alios, quod ara sine nomine inde esse dicantur: nondum enim certo sequitur: Ergo formula illa Apostolica inscriptæ fuerunt. Quorsum elabi poterunt, si quis dixerit, τῷ προσήκοντι θεῷ etiam eas aras fuisse sacratas, & ἀνώμους vocari, quod illius προσήκοντι θεῷ Athenienses certum ac proprium nomen aliud neque cognouissent, neque agnouissent.

§. 5. III. Opinio, quam *Nicolaus de Lyra* refert, tantum a vero distat, ὅσον ἔργου δὲ πρὸ γαίης. Aram quidem Misericordiæ Athenis fuisse lubens fateor, patetque e *Statio* π̄ scribente:

Vrbe fuit media nulli concessa potentum.

π̄ l. 12. The-
baid.

Ara Deum, mitis posuit Clementia sedem.

Eam vero *Ignoto Deo*, vt *Apostolus* ait, inscriptam fuisse, vnde sat dignis firmisque documentis probatum dabitur? Veterum Scriptorum menti magis consentaneum est, quod idem *Lyranus*, sicut & *Reuerendus plurimum, Ampliss. ac Excell. Dn. VRSINVS, Ecclesiæ Euangelicæ Ratispon. Superintendens & c. Theologus ac Philologus Clarissimus, Dominus ac Patronus meus ætatem omni cultu colendus*, refert e aram, de qua contentionis funis ducitur, ab *Herculis* posteris, ab *Euristheo* pulsus & Atheniensium auxilio defensis ac receptis, Misericordiæ dedicatam fuisse. Testem huius hic laudat *Statium* canentem:

¶ l. 5. c. 39. A-
nalect. Sa-
cror.

¶ l. cit.

Fama est defensos acie post busta paterni

Numinis Herculeos, sedem fundasse nepotes,

Vt ita *Herculis* posteritas aram hanc Misericordiæ aut tanquam Deæ dedicauerint, aut vt esset saltem quoddam quasi monumentum misericordiæ Atheniensium, sibi olim exhibitæ. Si prius, quomodo *Ignoto Deo* inscripta dici potest? Sin posterius, eadem difficultas opinioni huic incumbet. Fortassis & ara Misericordiæ dici potest, quia erat quoddam commune miserorum & calamitosorum perfugium & asylum, qui ibi misericordiam inuenerunt, tutique ab omnibus periculis fuerunt, vt *Statius* de hac ipsa canit:

¶ l. c.

— *Miseri fecere sacram, sine supplice nunquam*

Illam nouo: nulla damnauit vota repulsa.

Auditi quicumque rogant, noctesque diesque

Ire datum.

C 2

Et

Et paulo post:

Commune animantibus agris

Confugium, unde starent iraque minaque.

Nec deinde *Apostolus* de ara *Misericordiae* ullum verbum habet; quod indicio est *aram Misericordiae & aram Ignoti Dei*, de qua *Apostolus*, non vnam eandemque inscriptionem habuisse.

§.6. IV. Sententiam quod spectat, totam de *Dionysio Areopagita* narrationem, merito suspectam habent cordatiores: quemadmodum & scripta eius, ex quibus hæc sententia desumpta est, supposititia quintoq; demum sæculo Christiano nata esse iidem censent. Et sane *Eusebius, Hieronymus & Sophronius*, (verba sunt *Riueti*) nullam faciunt mentionem horum librorum, etsi veterum libros diligentissime collegerint, & conquisierint. Neque alius admodum antiquus autor horum mentionem facit. Quod satis arguit libros illos non eius antiquitatis fuisse, cuius fuit *Areopagita*. Plura argumenta hunc in sensum videri possunt apud eundem & *Cocum*. Et quamvis largirer, scripta ea esse genuina, non tamen deesset, quod in verbis recensitis *Dionysii* desiderarem. Quomodo enim illud consonat: ἢ θεὸς παρὰ, ἢ τῷ παρὰ οὐ παρὰ. Certe *Dionysius* hoc aut ex astrorum disciplina hausisset, aut ex cœlesti illuminatione. Ex illa haurire non potuit. Quomodo enim colligere valuit vel Deum pati, vel patienti compati, quia tenebras præter naturæ ordinem & coniunctionem in sole ortas esse vidit. Anne statim vel Deus naturæ patitur, aut compatitur, si natura quippiam insoliti ac noui ostendit præter ordinem? Potius colligere debuisset, conditorem rerum Deum etiam vniversi cursum disponere posse, quam quotidianis conuersionibus experimur. Sed nec ex illuminatione cœlesti. Deus enim nihil dubitanter asserit, falsisque euentibus immiscet. Falsum erat, quod Deus aut natura compateretur, licet verum fuerit Deum naturæ pati. Insuper quidam Athenis, quidam Heliopoli fuisse tempore illius eclipses dicunt. Vt ita hæc res non solidò, vt putabat *Salmero*, testimonio fulciatur, sed vel fabuloso figmento, vel falsa doctrina quouis modo incrustetur. Quæ idem *Salmero* de Christo, quomodo videlicet *Ignotus Deus* dici possit, subiicit, licet

non

• Crit. Sac.
l. 1. c. 9.

• in Censura
Scriptor.

• D. Dor-
schei Se-
mestr. Ti-
burtio-Di-
onyf. pag.
34. seq.

non negem, hæc tamen Athenienses cognouisse, atque his impulsos aram ei sub titulo *Ignoti Dei* dedicasse non magis credo, ac magico susurramine lunam olim cælo detractam. Certe lauro opus habeo, quam mordeam, si ea, quæ de cruce Christi affert *Iesuita*, inspicio. Quæ consequentia magis incerta aut ridicula potest esse? Cruci Christi erat inscriptum: *Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum*. E. Crux Christi dici potest *ara Ignoti Dei*. Nec deinde hic sermo de eo, quod quocunq; modo dici potest *ara ignoti Dei*, sed de ara, quæ reuera in Atheniensium vrbe Ignoto Deo inscripta erat. Nihil igitur ad rhombum affert, quod indignum tanto Viro, *Iesuita*.

§. 7. Sed nec V. opinio *Cornelii a Lapide* accuratum examen sustinet. *Ὁν ἀγορεύετε ὡσεύετε, τὸ ἐγὼ, αἰτ Ἀποστόλος, καταψέλλω ὑμῖν.* Non vero primario & directe illis annu-
ciauit Deum incarnatum, sed Deum *πάντα τὰ ἐν αὐτῷ* &c. Ergo nec Athenienses hac ara Deum incarnatum primario & directe coluere. *Hilduini* porro au-
thoritas non satis certa est, quippe qui nono demum sæculo vixit: & qui recte perpendit ea, quæ idem affert, non poterit negare, quædam non satis certe cum veritate congruere. Neq; enim ex textu *Lucæ* apparet Dionysium cum Paulo fuisse, vbi Atheniensium simulacra & aras perlustrasset, cumque illo ibi disputationem miscuisse. Dicendum potius est, Dionysium in Areopago, in tribunali suo, Paulum de consilio salutis dis-
ferentem audiuisse, & fidei se adiunxisse. De miraculo denique isto altum apud *Lucam* silentium: potuit Deus fidem animo *Dionysii* etiam absque illo immittere.

§. 8. VI. *Baronii* opinioni labem notabilem adspergit, quod nescio quid figmenti redoleant *Trismegisti* scripta, quæ quidem hodie circumferuntur, aut ab antiquis allegantur, & multa *Sibyllæ*, quæ iis tribuuntur, nec scripserint nec cogita-
rint, sed a Christianis conficta & admixta sint. Id quod de Sibyllinis carminibus solide ostensum dedit post alios plu-
res *David Blondellus*, de Hermeticis vero scriptis *ψ celeberr.* *in tract. de Sibyllis.*
D. Conringius. *ψ lib. de Hermet. medic. c. 4. & seqq.*

§. 9. VII. *Casauboni* quoque opinio infirmo stat talo. Et

reuera doctissimus vir aliquid humani hic passus est; nec enim θεοὶ ξένοι, θεοὶ ἄγνωστοι, θεὸς ἄγνωστος ¶ pari ambulant passu. Præterea mera coniectura nititur; quod etiam VIII. opinionem *Erasmi Sarcerii* infringit.

§.10. Hæc de variis *Scriptorum* sententiis, saluo doctiorum iudicio, dicta sunt. Nunc videbimus cuius in honorem hæc ara exstructa fuerit? Sed non opus hic habemus ex *Hetruria* aruspice. Quod enim Athenienses *Ignoti Dei* nomine Deum verum rerumque omnium creatorem ac Dominum coluerint, eique hanc aram erexerint, ex concione Apostoli abunde liquet. Stat enim argumentum & quidem firmo talo: *Quemcunque Deum Apostolus Atheniensibus annunciauit, is est verus Deus. Sed quem Deum Athenienses ignorantes coluerunt, eique aram inscripserunt est is Deus, quem Apostolus Atheniensibus annunciauit. E. is Deus quem Athenienses ignorantes coluerunt, eique aram inscripserunt, est verus Deus. Maior & Minor ex textu liquido constant.* Neque hoc sine autoritate dico; sentit mecum *Clemens*

l.1. Strom.
p.315. edit.
Paris.

Alexandrinus, qui cum recensuisset verba *Apostoli*, subiicit: Δια τῆς ἀγνώσεως θεῶν ὑμῶν μὲν κατὰ περιφροσιν πρὸς τῶν ἑλλήνων τὸν δημιουργὸν θεὸν ἠνίκατο καὶ ἄπινωσιν ἢ θεῶν δι' ἣς παρελαβῆν τε καὶ μαθεῖν. *Augustinus* quoque accedit, cum

l.1. contra
Crescon.
c.29.

ait: Fortasse ad hoc dicas, fieri non posse ut extra Ecclesiam idem ipse Deus unus colatur &c. Hoc ergo, pergit, restat ut probem. Habes in hoc ipso beati *Pauli* sermone, quem supra ex *Actibus Apostolorum* commemoravi, cum de Deo loqueretur, quia inscriptum in ara inuenerat, ignoto Deo, quem vos, inquit, ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis. Quid eis prædicare cupiebat, nisi eundem Deum, quem præter Ecclesiam ignorantem atque inutiliter colebant, in Ecclesia sapienter & salubriter colerent? Nec *Heinsius* ab hac sententia alienus est. Cum *Ignoto Deo*, inquit β, aram gens inprimis superstitiosa consecrasset, neque alius ignotus ibi Deus, præter verum esset, nemo dubitare potest, quin sic optima de eo differendo oblata *Apostolo* fuerit occasio. Approbat hanc sententiam & *Dn. D. Waltberus*, his verbis: Tutius omnino veriusque incognitus ille Deus generatim verum subinuisse Deum, putandus est.

β Exercit.
Sac. in c.
17. Act.

γ Miscell.
Theol.
quæst. 90.

Cum *Ignoto Deo*, inquit β, aram gens inprimis superstitiosa consecrasset, neque alius ignotus ibi Deus, præter verum esset, nemo dubitare potest, quin sic optima de eo differendo oblata *Apostolo* fuerit occasio. Approbat hanc sententiam & *Dn. D. Waltberus*, his verbis: Tutius omnino veriusque incognitus ille Deus generatim verum subinuisse Deum, putandus est.

§.11. Di:

§. 11. Dicis: Quomodo Athenienses verum Deum igno-
tum sibi colere potuerunt? Non opus gladio magni illius Re-
gis ad hunc soluendum nodum. Non enim omnino verum
Deum Athenienses ignorarunt. Constat siquidem, & rationi-
bus non contemnendis probatum dabo, Ethnicos potuisse
habere aliquem veri Dei sensum, aut cognitionem quandam,
immo reuera sapientiores multa de Deo rectè cognouisse.

§. 12. Potuisse autem Ethnicos vi luminis naturæ Deum
& attributa eius cognoscere, nemo, credo, negare audebit,
nisi qui electo Christi organo Paulo refragari ausit, qui ἀγίω
πνεύματι φερόμενος disserte affirmat δ ex operibus Dei gen-
tiles potuisse agnoscere Deum eiusq; æternam potentiam. Cum
quo Psalmista^e conferendus. Et ex ipsis gentilibus Heracitus
θεῶν μαρτυρίαν orbem uocauit. Diuinus planè locus ejus ζ est:
Εὰν δὲ μὴ ἰδρυαθῆ θεῶν βαμὸς, ἢ κ' ἔστι θεός; εἰ μὴ ἰδρυαθῆ μὴ
θεῶν, θεός ἐστιν; ὥστε λίθοι θεῶν μάρτυρες. Ἔργα δὲ μαρτυρεῖν, οἷα
ἡλίου. Νῦξ αὐτῶ καὶ ἡμέρα μαρτυροῦσιν. ὥραι αὐτῶ μάρτυρες. Γῆ
ὄλη καρποφοροῦσα μάρτυς. Σελήνης ὁ κύκλος, ἐκείνη ἔργον ἐργά-
νι. Ⓞ μαρτυρία.

δ Rom. i. v.
19. 20. Se q.

ε Ps. 19. v. 1.
ζ in episto-
lis.

§. 13. Ethnicos verò reuera cognouisse Deum esse, nemo
negaverit, qui Tulliumⁿ audit dicentem: *Esse Deum, inter omnes*
omnium gentium sententia constat. Neque tantum Deum esse
cognouere Ethnici, sed & eum esse unum sciuerunt. Hinc apud
Eusebium^o traditur, Ægyptios unum statuisse Deum, puta τοῦ
δημιουργῶν seu opificem mundi & vocasse Κνῆϕ, ejusque simu-
lachrum ex ore ouum effudisse, ut mundi esse opificem signifi-
cetur. Ovum enim mundi Symbolum Ægyptiis fuit. Phi-
losophi Græci quoque sæpe cum vitæ periculo professi sunt
unum esse Deum, qui omnia condiderit, & arbitrio suo mo-
deretur. Certè Pythagoras, teste Lactantio, unum Deum con-
fessus est, dicens incorporalem mentem esse. Ideò & Deum
vocabat μονάδα. Sciebant itaque Philosophi Deum esse u-
num, quanquam non semper profitebantur. Platonem audia-
musⁿ: ποιητὴν inquit, καὶ πατέρα τῶν πάντων, εὐρεῖν τε ἔργον

η l. 2. de nat.
Deor.

θ l. 3. Præ-
par. Evan-
gel. c. 12.

de via Dei
c. 11.

ζ in Timæo

καὶ

καὶ εὐρόνηα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Præceptoris quippe sui, πάντων ἐλλήνων σοφωτάτης Socratis mors ipsum non latebat, quod Atheniensium Deos contempsisset. Vid. *Laertius*. Cum tamen aliquid maxime serium promere vellent, maluerunt Deum potius quam Deos dicere. Ita *Plato* ad *Dionysium*: « Ἰης ἀσφαλαίως ἐπισολῆς ἄρχεται θεός, θεοὶ δὲ ἦσαν. Vnde *Lactantius*: « Cum jurant & cum optant, & cum gratias agunt, non Iouem aut Deos multos, sed Deum nominant: adeo ipsa veritas cogente natura etiam ab inuitis pectoribus erumpit & Egregie in hanc rem Prudentius:

λ in vita Socratis. μ ep. 13.

ν l. 2. c. 1.

ξ in Apotheos. contra vnio-nit. v. 268. seq.

Consule barbati deliramenta Platonis,
 Consule & hircosus Cynicus quod somniat, & quos
 Texit Aristoteles torta vertigine neruos.
 Hos omnes quamvis anceps Labyrinthus & error
 Circumflexus agat, quamuis promittere & ipsi
 Gallinam soleant aut gallum, Clinicus ut se
 Dignetur prestare Deus morientibus equum:
 Conuertunt tamen ad normam rationis & artis
 Turbidulos sensus, & litigiosa fragosis
 Argumenta modis concludunt Numen in VNVM.

ι. 4. de Benef. c. 7. & 8.

κ vid. Iacob. Ouzel. animadv. Minut. Felic. Octav. p. 80.

§. 14. Hæc vero a *Lactantio* & *Prudentio* non fortuito, aut sine veritate dicta esse, ex ipsa gentilium confessione comprobare possum. Ita *Seneca* de Deo: Quoties voles, tibi licet aliter hunc authorem rerum compellare. Tot appellationes eius possunt esse, quot munera. Hunc & Liberum Patrem & Herculem nostri putant. Sic hunc naturam voca, fatum, fortunam: omnia EIVSDEM Dei nomina sunt varie utentis sua potestate. In eundem sensum vetus Poeta *Hermesianax*: π

Πλέτων, Περσεφόνη, Δημήτηρ, Κύπρις, Ἐρωτες,
 Τρίτωνες, Νηρεὺς, Τηθύς, καὶ Κυανοχαίτης,
 Ἐρμῆς θ', Ἡφαιστός τε κλυτὸς, Πάν. Ζεῦσ' ἤ' Ἡρη,
 Ἄρτεμις ἠδ' ἐκάεργος Ἀπόλλων, εἷς θεός ἐστι.

Similiter *Orpheus*:

Εἷς δ' ἐστ' ἀΐσογενῆς, ἐνὸς ἐκγονα πάντα τέτυκται,

Εν

Ἐν δὲ αἰσίοις αὐτὸς περιγίγνεται, ἔδ' ἔτι αὐτὸν
εἰσοράει θνητῶν, αἰσὶς δ' ἔγε πάντα ἐρεῖται.

Atque, ut multa in pauca contraham, πολυθεότης apud Eth-
nicos non rationis error fuit, sed lapsus imperiti vulgi, quod
ex veritate pauca, ex opinione pleraque æstimat. Id cum in-
visibilem Deum nec videre, nec sine fide amplecti posset, ad
rerum visibilium fiduciam prolapsus est, & idola multiplici
sculpsit figura, quæ intueri oculis, quæ amplecti brachiis pos-
set. Quod virus hominibus a Diabolo afflatum nec ignora-
runt Philosophi, nec probârunt, sed reliquerunt vulgo; cum-
primis quod religionem ex usu Reip. constitui viderent, cre-
derentque imperitam multitudinem tot Numinum metu fa-
cilius in officio contineri posse. Vnde cum ex vulgi opinione
locuti sunt, *Deorum*; cum ex sua, vnius *Dei* meminerunt, sub
vno Iove cæteros comprehendentes. Vnde *Valerius So-*
ranus ait:

*Iuppiter omnipotens regum Rex, ipse DEVSq;
Progenitor genetrixq; Deum, Deus vnus & idem.*

Imo etiam vulgo vnius Dei confessio in quotidianis sermo-
nibus in buccam gentilibus sæpe venit. Hinc cum alias solen-
ni formula, *Deos esse*, plurium numero exclamarent, sæpe ta-
men & singulari enunciarunt. Ita *Plautus* σ: *Est profecto Deus, qui,*
quæ nos gerimus, auditque & videt. Apud *Livium* τ quoq; *Manli-*
us Torquatus exclamat: *Est cæleste Numen, es magne Iupiter.*

Briffon.
l. 1.
σ Captiv. 2.
2. sc. 2. v.
63.
τ l. 8. c. 6.

§. 15. Agnouisse quoque Ethnicos Deum esse infinitum, in-
uisibilem, omnipotentem, omniscium, bonum, iustum, crea-
torem rerum omnium, probatu non esset difficile, si angustia
pagellarum admitteret; petenti tamen in conflictu probatio-
nem non denegabo. Certe hæc & alia cognoscendi non dee-
rat Ethnicis ansa & occasio, nec usque adeo improbable est,
posteriores, ubi doctrina Christiana innotuit, magna cura aci-
em animi in naturam Dei intendisse, ac saltem confusa qua-
dam notitia non tam rerum naturam, quam eius opificem
ac rectorem inuocasse. Quippe ubi sapientiores, narrante

v l. 1. c. 2.
part. 1. The-
ol. gentil.

Vossio, solenni illa aliàs Christianis precandi formula: *Κύριε
D ἐλέησον,*

ἐλέησον, si non ante, tamen iam Hadrian Cæsaris tempore, Deo
ϕ differt. Epictet. l. II. c. 7. supplicarunt. Quem ritum tangit etiam *Arrianus* ϕ scribens:
τον θεόν ἐπικαλέμενοι δεόμεθα αὐτῶν· κύριε ἐλέησον. Eandem for-
mulam (vt hoc obiter adiiciam) in castris ante prælium canta-
ri quoque solitam, patet e *Maurit. Strateg.* ϕ cuius verba vide-
antur apud ϕ *Rigaltium*. Fallor an hæc formula iam a *Virgilio*
nota? sic enim canit:

— *Magne Pater Divum miserere.*

1 27. Et ϕ rursus:

ω Æn. l. 9. v. 49. *Faune, precor, miserere.*

α l. 12. v. 777.

§. 16. Alio igitur intellectu *Ignotum Deum* vocarunt Eth-
nici. Sed vnde hanc appellationem hauserint, non vsque
adeo liquidum est. Deum absconditum, ineffabilem, incom-
prehensibilem esse scimus, idque in sacris varie exprimitur.
Interdum divinæ maiestati ϕ tenebræ *יהוה שׁתׁתׁת* assignantur:
interdum Deus vocatur *יהוה שׁתׁתׁת* i. e. absconditus. LXX. red-
diderunt, *ὄν ἐκ ἡδαιμεν*, *ignotum*, quod cum nostra inscriptio-
ne convenit. Hoc igitur videri possit occasionem Atheniensibus
præbuisse. Alia quoque ratione *DEVS ignotus* dici potest.

ρ Ps. 18. v. 12.

γ Ef. 45. v. 15.

Judæi nomen tetragrammaton, inquit ϕ *Heinsius*, non exprimebant.
Quod cur fieret cum nec viderent, nec intelligerent gentiles, incertum
ipsi quoque *Judæorum Deum* dixerunt. *Lucanus* ϕ *incerti Iudæa Dei*.
Nec ab hac opinione alieni sunt *Vossius* ϕ *Boxhornius*.

δ Exerc.

Sacr. in c.

17. Act.

l. 2.

ζ part. 1.

Theol. gēt.

l. 1. c. 2.

ϕ quæst

Rom. 13.

θ l. 2. Noct.

Att. c. 28.

§. 17. Sed quia a gentilibus exstructa hæc ara, ab iisq; *Deus*
ignotus dictus est, tutissimam fortasse viam insistere videbor, si
quid alias per *Ignotum Deum* significarent, huc in medium af-
feram, nostroque discursui accomodem. Quantum igitur ex
scriptis eorum, in primis ex ϕ *Agellio* colligi potest, *Ignotus Deus*
dicebatur Ethnicis, cuius nomen incertum esset, aut proferri
nefas, imò ϕ cuius sexus dubius. Tales ignotos atque incer-
tos Deos habuisse Græcos & Romanos, aliosque populos, ex
veterum monumentis abunde liquet.

ι l. 2.

κ l. 3.

§. 18. Atque vt de aliis primum dicam, ab *Herodoto*. me-
moriæ proditum est, cultos esse Deos nullis cognominibus
a *Pelasgis*. Et a *Strabone* ϕ *Celtiberos* eorumque vicinos in *Borea*
rea

rea habitantes solitos ἀνονόμαζιν θεῶν ταῖς πανσελήναις νόκιωσιν
 πρὸ τῶν πυλῶν πανοικί τε χορδαίαν καὶ παννυχίειν. Arabas
 a ram habuisse ignoti Dei, in qua pingues ac saginatos camelos sacri-
 ficarent, scribit ^λ Giralduus. Ara ignoti Dei Burdegalæ, cum alta-
 ria dæmonum in puluerem redigerentur, iussu Martialis epi-
 scopi Lemouicensis reseruata, ac postea in nomine Dei Israel
 & S. Stephani dedicata, meminit ^μ epistola ad Burdegalenses, quæ
 vulgo *Martiali*, sed inepte, tribuitur, & ^ν Aurelianus in eius vita.
 Eamque nunc etiam Burdegalæ videri prope Ecclesiam S. Se-
 uerini, scribit ^ξ Spondanus.

^λ in histor.
Deor. syn-
tagm. 17.

^μ pag. 60.
ed. Elmen-
horst.

^ν p. 170.
^ξ Epitom.
Annal. Ec-
cles. ad ann.

34, 90. in-
marg.
cent. 1. rer.
mem. p. 4.

§.19. Persæ quoque Ignotum Deum coluere, si fides ha-
 benda iis, quæ *Wolffius* tradit. Summa narrationis hæc est.
 Rex Persarum Costus nulla sobole parens factus, a Diis pro-
 lem petendam esse, ex Astronomis ac Medicis intellexerat.
 Cumque eam longo tempore, a Diis suis, frustraneis petiisset
 precibus, unus Astrologorum, Macrobius nomine, suavit, ut
 Deo Deorum Ignoto sacrificium offerret. Rex magnam
 auri copiam obtulit aurifabro, ut inde Deo Deorum imagi-
 nem conflaret. Aurifaber in petra figuram ipsius Dei Ignoti
 statuit bis ter quaterue, ut ex auro liquefacto & resoluto figu-
 ram eius figuram extraheret, extraxit vero semper figuram
 hominis crucifixi. Quod & alteri fabro, præsentente Rege,
 euenit. Prædicta igitur forma consilio Macrobbii in tem-
 plo Deorum posita, omnes Deorum formæ concidere, & sola
 crucifixi Dei remansit; cui etiam sacrificia Rex offerens, voti
 sui de prole compos factus est.

§.20. De Græcis constat ex textu Apostolico, & superio-
 ribus huius cap. Romanis quoque incertos fuisse & ignotos
 Deos, quorum sc. nomina essent incerta, proferrique prohi-
 bita, aut sexus dubius, probare facile possum. Ita *Tertullia-
 nus* ^π de iis: *Inuenio plane Ignotis Diis aras prostitutas: Sed Attica
 idololatria est. Item incertis Diis; sed superstitio Romana est.* Et
 alius ^ε: *Dum undique hospites Deos quærunt, dum aras exstruunt
 ignotis etiam Numinibus & Manibus.* Hinc quia inter Veteres

^π l. 1. aduers.
Et Marcion.

^ε c. 9.
^ε Minut. Fe-
lix in Octa-
uio.

vid. Ex- Romanos, quamobrem terræ motus fiant, non satis consti-
 cell. Rap- tit; vbi terram mouisse senserant, nuntiatumue erat, vt est
 polt. Ob- apud *Agellium*, ferias eius rei causa edicto imperabant. Et
 feru. Philol. licet alias, vt ex *Varrone* & *Rosino* apparet, Rex sacrificulus
 ad Gell 1.2. licet alias, vt ex *Varrone* & *Rosino* apparet, Rex sacrificulus
 28. obs. 4. aut Prætor ferias indicens, nomen simul Dei Deæue procla-
 7 l. cit. mabat, hoc sc. vt est apud *Arnobium* modo: *Lauatio Deum Ma-*
 v l. 5. de Lat. *tris est hodie: Iouis epulum cras est: Lectisternium Cereris erit Idibus*
 Ling. *proximis: Telluris natalis est, &c.* in hoc tamen casu Dei nomen
 q l. 4. Antiq. statuere & edicere quiescebant, ne alium pro alio nominan-
 Rom. c. 3. do falsa religione populum alligarent.
 x l. 7. ad- uerf. gent.

§. 21. Et certe eiusmodi superstitiosus nominandi Deos
 metu occupauerat animos veterum, vt sicut homines obuios
 sibi ignotos peculiari formula, *Quisquis es*, compellarent:
 ita Deos quoque, si de eorum numine, nomine vel sexu non
 satis constaret, pari modo alloquerentur, ne errore laberen-
 tur, aliumque pro alio colerent. Ita *Ouidius* nesciens, cui
 Numini creationem adscriberet, aut quodnam nomen ei sine
 errore tribueret, canit:

Quisquis fuit ille Deorum.

Et apud diuinum *Virgilium* a *Æneas*:
 4. v. 576.

Sequimur te sancte Deorum.

Quisquis es.

Ac apud eundem *β* *Turnus*:
 β l. 9. *Æn.* v. 21.

Sequar omina tanta.

Quisquis in arma vocas.

§. 22. Et quia Deos suos variis insigniuerunt nominibus,
 hinc quando eos, quamuis notos, inuocabant nominabant-
 que, timentes ne eos offenderent, si forte parum grato no-
 mine eos inuocassent, veniam sæpe petebant, vtque e multis
 id nomen adsumerent, quo maximè delectarentur, suæque
 ignorantia ignoscerent, superstitiose orabant. Huius ritus
 obseruans *Ouidius* cum enarrasset multa *Bacchi* nomina, & sub-

iungit:

4 l. 4. *Meta-*
morph.
fab. 1.

Et quæ præterea per Grajas plurima gentes:
Nomina Liber habes.

2 l. 1. *The-*
baid.

Ita *Statius* ad Solem:

Seu

— — *Seu teroseum Titana vocari*
Gentis Achamenia ritu, seu prestat Osyrim
Frugiferum, seu Persæi sub rupibus antri
indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Horatius ad Dianam:

Rite maturos aperire partus
Lenis Ilithya, tuere matres:
Sive tu Lucina probas vocari,
seu Genitalis.

Carm.
secular.

Et idem § ad Ianum:

Matutine Pater, seu Iane libentius audis.

§ 1.2. Serm.
Sat. 6. v. 20.

Ita etiam Catullus, cum Dianam pluribus nominibus appellasset, tandem ait:

Hymn. ad
Dian.

Sis quocunque placet
Sancta nomine, Romulig,
Ancique, ut solita es, bona
Sospites ope gentem.

Id quod etiam obseruat Apuleius in oratione Psyche ad Iunonem, & in sua ad Lunam, in qua ubi varia Lunæ munera & nomina enumeravit, subnectit: *quoque nomine, quoque ritu, quoque facie te fas est invocare &c.*

l. 6. Af.
Aur.
l. 11. Af.
Aur.

§. 23. Porrò nefas fuisse quorundam Deorum nomina in vulgus efferre, exemplo Deorum tutelarium patescit. Cum enim omnes vrbes apud antiquos in alicuius essent Dei tutela, Romanis mos erat, ut in urbium obsidione, ubi ad ultimam dimicationem ventum esset, tutelares Deos, sub quorum præsidio vrbs foret, certo carmine conceptisque verbis in novas sedes enocarent, templaque ampliora, & solennes aras illis promitterent: nefas opinati, Deos urbium præfides, vrbe hostiliter direpta, velut mancipia captiuos habere: ut ex Macrobio, qui & formulam euocandi tradit, constat. Itaque ne quando par pari referentes hostes vrbis Romæ Deum tutelarem euocarent, cautum est, ne diuulgaretur nomen Dei tutelaris vrbis, illudque nec nominare nec quærere licebat. Et sicut Tyrii, si Apollinis aurea catena deuincerent simulacrum, aramque Herculis, cuius Numini urbem dicauerant, colligarent cum

l. 3. Saturn.
c. 9.

l. v. Alex. ab
Alex. l. 2. c.
22. Dier.
Gen.

D 3

eo; Curt. l. 4.

Plut.
Rom. 61.

§1.

l. 3. c. 5.
Hist. Nat.
Coment.
in Alciati
embl. 9.
el. c.

el. c.

eo; sicut item alii, sponsores a Diis petentes, ne abirent, fore suam urbem tutam arbitrabantur: Ita Romani quoque, si nomen Dei tutelaris in vulgus notum non esset. Valerium sane Soranum, quod hoc arcanum propalare ausus fuerit, mortis supplicio poenas dedisse, refert *Plutarchus*. Atque ad hoc silentium innuendum Angeronam, cuius effigies erat ore obligato obsignatoque, maxime Romanos coluisse, *Plinius* & *Claud. Minos* putant. Nec solum Dei tutelaris, sed etiam ipsius Urbis nomen proprium occultum arcanumque esse voluerunt Romani. Docet *Plinius*, cuius hæc sunt verba: *Roma, cuius nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur.* Duo igitur urbis orbis dominæ nomina erant, unum *Roma*, alterum ignotum, quod *Anthusam* fuisse, didicisse se ait *Claudius Minos*.

§.24. Porro incertos incerti sexus Deos, mares & fœminas, adeoque etiam androgynos habebant veteres. Ita Iupiter & mas & fœmina credebatur. Quare *Orpheus*, ubi Iouem describit, canit:

Ζῆς ἄρσεν υἱέτερο, Ζῆς ἄρσενος ἔπιτετο νόμφη.

ib. de
indo.

Quod *Apuleius* sic vertit:

Iuppiter & mas est, & fœmina nescia mortis:

2. v. 632.
eid.

De *Venere* apud *Virgilium* *Æneas* ait:

*Descendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes
Expedior.*

l. 3. Sa-
turn. c. 8.

Ad quem locum *Seruius* sic commentatur: *DVCENTE DEO, secundum eos qui dicunt utriusque sexus participationem habere Numina. Est etiam in Cypro barbata Veneris simulachrum. Audiamus & Macrobius de hoc loco: Doctissime dixit DVCENTE DEO, non DEA. Nam & apud Caluum *Acterianus* affirmat legendum, POLLENTEMq; DEVM VENEREM, non DEAM. Signum etiam eius est Cypri, barbatum corpore, sed veste muliebri cum sceptro ac statura virili; & putant eandem marem ac fœminam esse. *Aristophanes* eam Ἀφροδίτην vocat. *Leuinus* etiam sic ait: *Venerem igitur alnum adorans, siue fœmina siue mas est, ita uti alma noctiluca est. Philochorus quoque in Attide eandem affirmat esse lunam, & ei sacrificium facere viros**

viros cum veste muliebri, mulieres cum virili: quod eadem & mas-
 estimatur & foemina. Hæc ille. Et certe lunam olim quosdam
 coluisse non sexu solum, sed nomine quoque masculino, ex
 Ælio Spartiano comparet. Ita vero ille x: *Et quoniam Dei Lunix* in Cara-
 fecimus mentionem, sciendum doctissimis quibusque id memoria tra- callo.
 ditum: atque ita nunc quoque à Carrenis præcipue haberi, ut qui lu-
 nam foeminino nomine ac sexu putaverit nuncupandam, is addictus
 mulieribus semper inserviat: at vero qui marem Deum esse credide-
 rit, is dominetur uxori neque ullas muliebres patiatur insidias. Vnde
 quamvis Græci vel Ægyptii eo genere quo foeminam hominem, etiam
 lunam Deam dicant, mystice tamen Deum dicunt. Sexus autem
 diuersitas eiusdem Numinis non tam ex diuersarum gen-
 tium aliis atque aliis institutis, quam ex interpretatione nata
 esse videtur. Interpretari autem Numina Pontificum erat,
 interpretatioque illa ad naturam rerum fere spectabat. Quia
 igitur in eodem Numine aliquando quod Viri, aliquando
 quod foeminæ esset, inuenere, illud & marem & foeminam fin-
 gebant. Et licet omnia Numina vtriusque sexus nomine
 compellata fuisse non inueniamus, creditum tamen fuisse sa-
 pientioribus, vtriusque sexus Numina esse omnia, verba Ser-
 uii adducta probare videntur.

§.25. Hinc quando invocarunt Deos, ne in sexu aliquem
 errorem committerent, vtrumque coniungebant dicentes:
 SIVE. DEVS. SIVE. DEA. ES. Vnde Arnobius ob hoc repre-
 hensurus Ethnicos † scribit: *Consuestis in precibus, SIVE TV* † l.3. ad-
 DEVS, SIVE TV DEA dicere. Quare & lapidi hæc inscripta verf.gent.
 leguntur, citante † Boxbornio: † Quæst.
 Rom.13.

SIVE. DEO.
 SIVE. DEÆ.
 C. TER. DEXTER.
 EX. VOTO.
 POSVIT.

Quod vero hanc inscriptionem idem de Ioue interpretatur,
 in eo non omnium merebitur assensum, cum non soli Ioui,
 sed cæteris etiam Diis uterque sexus tributus sit a gentilibus.

§.26. Quod vero precatos quoque legimus: *Si Deus, si*
 Dea

al.3. Sat. c. 9 *Dea es*, vt in vetere illo evocationis carmine apud *Macrobiū*,
βl.2. N. A. & apud *Agellium* β; id, secutus coniecturam v̄ Clarissimi cuius-
c. 28. dam viri, diuersum esse a priori non puto, sed ex abbreviatio-
v̄ Rappolt. ne vocis forte ortum. Scriptū enim fuisse videtur, SI. DEVS. SI.
l. c. DEA. ES. & lectum ac si integræ voces essent, *Si Deus, si Dea es.*
Firmat hanc coniecturam, quod, qui ita precabantur, non
conditionem exprimere, sed disiunctionem satagebant. Vn-
de ipse quoque *Arnobius* d̄ recte disiunctionem ex verbis illis
colligit: *Non, inquit, Deus mas est, sed nomen eius generis mascu-
lini est. Quod idem vos dicere religione in vestra non quitis. Nam
consuestis in precibus, siue tu Deus es, siue Dea dicere: quæ dubitatio-
nes dare vos Diis sexum disiunctione ex ipsa declarant.*

§ 27. Et quia singulis Diis certa sacrificia, certum cultus
ritum assignarunt, ut ex Authoribus, qui de antiquitatibus
scripsere, abunde patet; recte etiam fortassis illum Deum igno-
tum dicere possumus, cui certa sacrificia attribuere, certum-
que cultus modum adscribere nesciuerunt.

§. 28. Iam vt in orbem redeam, & reuertar ad id, cuius
gratia hæc paulo prolixius adducta sunt, *per ignotum Deum non
aliud Numen denotasse crediderim Athenienses, quam a quo quidem
beneficio essent magno effecti, eique propterea aram extruxissent, vt
credibile est, eius nomen tamen certum, quodque ei sine errore, offensio-
nis & religionis metu tribuerent, ignorarent, & dicere non possent,
utrum foret Iupiter, Mars, vel alius & c. cum cetera Numina suis no-
minibus compellarent; quod princeps quidem omnium vel ex lumine
naturæ, vel ex traditione cognouerant, saltem de nomine dubitarent:
cujus rite colendi rationem atque modum non habebant, cum reliquis
peculiaris esset Numinibus.* Paucis: *DEVM quem iis annunciauit*

v̄. 24. Act.
17.

*Apostolus, verum sc. & Maximum^s, ποιήσαστα τὸν κόσμον,
καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, ἔργα καὶ γῆς κύριον.*
In cuius nomine finimus.


F I N I S.

05 A 237

ULB Halle

3

004 206 584




LD 17

Ph







B.I.G.

Farbkarte #13

Q. D. B. V.
RAMIGNOTI DEI

ex Act. c. XVII. v. 23.

Dissertatione Philologica

Sub Præsidio

Viri Amplissimi, Excellentissimi, Clarissimi,

N. IO. ANDREÆ BOSI,

Histor. P. P. longe Celeberrimi

ini sui Præceptoris, Patroni ac Promotoris

etatem venerandi,

publicæ luci sistet,

M. Georgius Wonna / Poët. L. Cæs.

Autor & Respondens

in illustri propter Salam Academia

XIV. Cal. Februar.

ANNO

CIO IDC LIX.

Literis

SAMUELIS KREBSI.

